



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Qvod Ivdaeи Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere
expectent**

Samuel <Marochitanus>

Argentorati

VD16 S 1561

Capvt XXV. Quod Iudaei indebite rephaehendunt cantus Christianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36159

P A R A S T A S I S.

mus in domo sancta. De ipsis cantoribus dicit David. Cantabunt canticum in domo dei in eternum. De nobis dicit in psalmo. cxxxix. Quomodo cantabunt canticum dei in terra aliena. Et qualiter potest esse, domine mi, quod speramus terram habere et nomen? cum Deus dixit per Amos prophetam cap. v. Cecidit Israël, et non resurget, virgo Israël prostrata est, et non eleuabitur. Idem prophetam cap. ix. Et ueniet tribulatio et non saluabitur qui effugerit ex eis, et si absconderint se in monte Carmeli, inde præcipitabit eos manus mea, etiam si descenderint in profundum maris illuc mittam serpentes, et mordebunt eos, et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladium et occidet eos, et ponam oculū super eos in malum et non in bonū, quod fecit nobis Deus. Iam sunt mille anni completi quod canticum et psalmum cantauimus, ex quo sic est. Attamen et c.

C A P V T X X V .

Quod Iudei indebitere repræ-
hendunt cantus Chri-
stianorum.

Domine mi, dixit Deus de nobis. Ponam oculum
meum super eos in malum, et non in bonum sicut
manifeste uidemus, sunt mille anni. Dixit uero de
ipsis filiis musicatoribus per os David. Omnes Gentes
plaudite manibus, et cantate Deo in uoce laudis. Et alibi
dicit. Iubilate deo omnis terra, seruite domino in letitia.
Introite in cōspectu eius, dicas totū iubilate. Et psal. lxvi.

D 3 Cantate

VERI MESSIAE

Cantate domino omnis terra, et annunciate de die in diem. Paueo domine mi, ex quo Deus dixit per os Hiero-ca-ix. Docete filios uestrros et filias uestrras, fletum et planduum quoniam mors egressa est per portas uestrras, ex quo Deus dixit de his filiis musicis siue musicatoribus pro David psalmo clxvij. Reges terrae et omnes populi principes, et omnes iudices terrae, iuuenes et uirgines, senes cum iunioribus laudent nomine domini. Et psalmo xlviij. In sacrificio cantus honorabit me, ac si aperte diceret, non in sacrificio carnium hircorum, sicut erat sacrificium nostrum. Etiam, domine mi, si negemus uerba creatoris ueri que dixit per os Esa prophetae cap. xlviij. Musici, seu musicatores, addiscentes scripturas, et totum psalterium David, sic musicali arte notatum per sonum acutum et grauem. His omnibus consideratis uidetur mihi, quod nos erramus in hoc quod nos de suae laudis sacrificio iudicamus, quod in ecclesia Dei exhibent cantando, praesertim cum in lege Dei de hoc inueniam praecepta et exempla David, qui etiam dicit. Laudate cum in cithara et organo, laudate cum in cimbalis magnis laudibus, et omnis spiritus laudet dominum I E S V M Christum, hoc scribit psalmo. cl. Exemplum etiam in. ij. Reg. cap. vi. ibi legitur quod David discooperto capite saltans psallebat cum cithara ante archam domini, quem temeraria uxor sua Michol ausa est redarguere. Cui ipsi ait. O fatua, nonc uidebit me dominus despectum psallentem filij autem Israël sonabat buccinam dum transducebant archam. Sed qui sumus, domine

PARASTASIS.

domine mi, obsecro, irridentes solennitates ipsorum musi
corum, nisi Michol fatua, & qui sunt isti canentes, nisi
Christiani saltantes, & exultantes deo in humilitate sicut
Dauid, præsertim cum dicit Deus, Omnis spiritus laudet
dominum, si dixisset omnis Israelita præcise, tunc posse= =
mus alijs insultare. Et sic Deus fortis & glorirosus dicit
pos Esa. Prophetæ cap. ij. Quod g̃etes sunt in cōspectu
eius quasi nihil. Sed hoc est intelligendū de gentibus istis
quæ fuerunt antequā haberent notitiā dei per aduentum
Iusti, quia tunc fuerunt pagani & idolatræ, ideo intelligi
non potest bene illud nisi de gentibus quæ inuenient do= =
minum, quæ offerunt omni die sacrificium mundum in
orientē & in occidente, sicut dicit per os Malach. prophe= =
tæ, ut iam superius est allegatum, & certe, domine mi,
nos erramus. Attamen.

CAPVT XXVI.

In quo probat apostasiam
Iudeorum à dco.

Aueo, domine, quod apostauimus à dco i primo ad= =
uentu istius Iusti, de quo introduximus aucloritates
prædictas, & cui exp̃esse conueniunt omnia quæ
scripta sunt apud nos in libris Legis & Prophetarum,
propter quam apostasiam, sicut Deus prætendit longitu= =
dinem dicrum, & captiuitatem istam nobis intulit, & si
exp̃eclamus saluatorē aliū ab illo iusto, nō prodest nobis,
sed argumentum nobis evidens est captiuitas illa quæ fuit

D 4 in Babylone